

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich Berlin, 1857

XXVII. Markgraf Otto genehmigt die Verhandlungen mit dem heil.
Geist-Hospitale zu Salzwedel, welche sein Bruder Albrecht in seinem und
des jüngern Otto's Namen vorgenommen hat, am 9. März 1282.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-54909

rationabiliter et liberaliter donamus, non obstante impetitione frivola burgensium de Soltwedel, quam contra siluam prehabitam pretendebant, per nos de jure irritata omnimodis et cassata. Insuper dicta bona ab exactionibus quibuslibet, precariis et injuriis, sicut omnia bona ejusdem domus, perpetuo supportamus, Recipientes nichilominus dictam villam cum silua nominata et consignata et omnibus suis attinentiis cultis et incultis in nostram protectionem perpetue et tutelam. Vt ergo hec nostra donatio cunctis in posterum elucescat et inconsulsa permaneat et ne a quoquam heredum aut successorum nostrorum in suturo confringi valeat et mutari, presentem paginam conferibi jussimus et sigillorum nostrorum munimine consignari. Hujus autem donationis nostre testes sunt Arnoldus de Jagowe, Bodo de Walstaue senior, llermannus de Boyster, advocatus de Soltwedele, Johannes de Krakowe, Degenhardus, frater ejusdem, et Bruninghus, frater eorundem, curie nostre notarius, Wernerus de Schulenborch, Arnoldus de Bodenstede, Henricus, frater ejusdem, Wernerus de Prilop, Bodo de Walstaue junior et alii quam plures milites et sideles nostri. Datum Soltwedel, anno domini Mo. CCo. LXXXIIo., primo Nonas Marcii.

Rad einer alten Copie im Salzw. Archiv XXXV, 29.

XXVII. Markgraf Otto genehmigt bie Berhanblungen mit bem heil. Geist-Hospitale zu Salzwebel, welche sein Bruber Albrecht in seinem und best jungern Otto's Namen vorgenommen hat, am 9. März 1282.

Nos Otto, dei gratia Marchio Brandenburgenfis, Tutor et Capitaneus in regno Boemie generalis, recognoscimus et tenore presentium protestamur, quod super donatione proprietatis, quam dilectus frater noster dominus Albertus, illustris princeps, Marchio Brandenburgensis, domui S. Spiritus apud civitatem nostram Soltwedel cum privilegii nostri traditione maturo consilio nostrorum sidelium et nostro libere donandam decreuit, pro fratre nostro, domino Ottone juniore, nobis dilectissmo, et pro nobis, nostrum impertimur consensum, ea omnia, que in eodem privilegio super ipsa proprietate edita sunt descripta, presentibus approbando, ita quod ad jam dictum privilegium nostrorum appensio sieri debeat sigillorum, dum copia haberi poterit eorundem, grata habentes et rata quecunque cum eadem domo S. Spiritus nostro nomine sunt tractata. In cujus rei euidentiam pleniorem presentem paginam impressione nostri annuli duximus muniendam. Datum Saltwedele, anno domini millessmo ducentessmo octuagessmo secundo, VII. Idus Marcii.

Rach Gerden's Cod. I, 50. 51. u. Leng Br. Urf. II, 901: